

S. R A · B A N I

M A V R I M O G V N T I -
nenis Archiepiscopi, de Clericorum
institutione & ceremonijs Ecclesiæ, ex
Veteri & Nouo Testamento, ad Hei-
stulphum Archiepiscopum
libri III.

Eiusdem ad Orgarium Episcopum, Pœnitentium
liber .I.

Quota generatione licitum sit matrimonii Epi-
stola, ad Humbertum Episcopum.

De Consanguineorum nuptijs, & de Magorum
præstigijs ad Bonosum, liber .I.

De Anima ad Lotharium regem, liber .I.

De septem signis Natiuitatis domini,

De ortu, vita, & moribus Antichristi.

Hæc partim emaculatius partim recens

ed et collegio Saltmense Ch. H.

EXCVDEBAT IOHANNES PRAELE
COLONIAE M. D. XXXII.
MENSE IUNIO.

1532



S. REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI A C D.
D. Alberto S. E. R. Tituli S. Petri ad
uincula Cardinali, Moguntinensi ac
Magdēburgñ Archiepō, Principi Elec-
tori Primati &c. Administratori Hal-
berstadiensi, Marchionī Brandēburgñ.

JOHANNES PRAEL CHALCO.
GRAPHVS S. D.



ISI de Celsi-
tudinis Tuæ
ingenij morū-
q; facilitate ita
mihi consta-
ret Praeful am-
plissime, atque
idem Princeps
illusterrissime,
non commit-
mittendū pu-
tarē, quin ipse
mihi temerita-
tis diem dice-

rem, atq; impudentiæ memet reum peragerem, cum
Cels. T. in supremo honoris gradu constitutā, cumq;
summa eidem omnia contigisse videam, quæcunq; vel
ab amplissimorum Maiorum gloria, vel à fortunæ cō-
modis mortalibus dari solet, non erubuerim ego ho-
mo pri-

SORABANI MAVRI 17
MOGVNTINENSIS ARCHIEPI-
scopi, de Institutione Clericorum,
liber primus.

¶ De vna ecclesia dei.

CAP. I.



Eccl esia ergo dei catholica, quæ per totum orbem dilatata diffunditur, Christi nomine nobilitata glorificatur. Omnis enim homo qui rectæ fidei existit particeps, & sacro baptismate regeneratus, à Christo Christianus vocatur, & dei patris atque ecclesiæ matris noscitur esse filius. Ecclesia ἐκκλησία græcum est, quod in Latinū vertitur conuocatio siue conuentus, eo q[uod] omnes conuocat ad se. Catholica καθολικὸς autē dicitur, id est, uni uersalis: quia in toto mundo vna est ecclesia Christi, quæ & sponsa Christi, & corpus eius est.

¶ De tribus ordinibus ecclesiæ.

CAP. II.

SVnt autem tres ordines in ecclesia. Conuersantiū, id est, laicorum, monachorū, & clericorū. Quorū primus, id est, laicus ordo, popularis interpretatur. Laos λαός enim Græce, populus Latine dicitur. Secundus est Monachicus, id est, singulariter cōuersans, hoc est, à seculari cōuersatione remotus. Monas μονὰς

B

enim

RABANI
MAVRI MOGVNTINENSIS AR-
CHIEPISCOPI, POENITEN-
TIVM LIBER, INCI-
PIT.

¶ De his qui post sacram ordinationem capita-
lia crimina committunt: & eorum pœni-
tentia seu excommunicatione.

C A P. I.



N primis ergo viſum est vobis cō-
ſcribi de his, qui ſacros ordines ha-
bent, & ante vel post ordinationē,
contaminatos in capitalibus crimi-
nibus ſe eſſe profitentur: in quib⁹
vt mihi videtur hæc diſtantia de-
bet eſſe, vt hi qui deprehensi vel ca-
pti fuerint publice in periurio, fur-
to atq; fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus,
ſecundū ſacrор⁹ Canonum iſtituta, à gradu proprio
deponantur: quia ſcandalum eſt populo dei, tales per-
ſonas ſuper ſe poſitas habere, quas vltra modum vi-
tiosas conſtat eſſe. Nempe inde detrahunt homines fa-
crificio dei: & rebelles hinc atq; contrarij existentes, eo
rum prauis exemplis cotidie peiores fiunt: ſicut quon-
dam filijs Heli peccantibus feciſſe leguntur. Qui autem
de prædictis viris per occultam confessionem male à
ſe abſconde commiſſa, coram oculis dei præſente etiā
ſacerdote qui eiſi indicturus eſt pœnitentiam conſi-
tut, & ſe metiſſos grauiter deliquiſſe accusant, ſi vera-
citer

H V M I L I B V S

D E V S S V P E R B I S R E S I S T I T ,

A V T E M D A T G R A T I A M .



Parcio subiectis, & debellato superbos.

